

Fasti 887: Arnulfus rex Karoli imperatoris.....

Cod. pag. 520, bei *Wedekind* No. 40. In locum (Caroli) electus Arnulfus. *Annal.* cit. pag. 61 (scil. *Fuldens.* bei *Greher* I.) et *Chronico* nostro manuscripto et coetaneo testibus.

Fasti 899: Arnulfus Imperator obiit, Hluthowicus filius ejus regnat.

a. 900: Hoc anno Bovo junior abbas ordinatus est (siehe auch oben zu 890).

Cod. pag. 538. Regnavit ergo Arnolfus ab anno 887 usque ad annum 899, quo exeunte VI id. Decembr. obiit. Ipse filius ejus Hludowicus in regno successit, *Chronico* nostro *Msc.* et coetaneo teste¹⁾.

Quod autem ad abbatem Bovonem spectat, eodem *Chronico* teste anno 890 obiit, ejusque in locum ordinatus Godescalcus.

Hic anno 900 vel depositus est vel ultro resignavit dignitatem. Bovo II tunc electus fuit.

Cod. pag. 558, bei *Wedekind* No. 44. *Chronico* enim nostro coetaneo teste, Bovo II jam anno 900 regimen ecclesiae Corbejensis suscepit. Cum autem eodem *Chronico* testante, Arnolfus imperator anno 899 obierit, cui filius ejus Hludowicus eodem anno successit, sequitur, hanc (de anno 903) et sequentes traditiones incidere in annos regnantis Hludowici et gubernantis Bovonis secundi²⁾.

Fasti 906: Conradus dux occisus.

Cod. pag. 380. Ac primo quidem falsum est, Conradum I Vajarini seu Werinarii filium anno 905 esse mortuum, quod omnes recentiores historici perhibent; *Chronicon* enim nostrum *Msc.* et coetaneum et fide dignum illum nominat Ducem, eumque anno 906 occisum esse refert.

pag. 392, bei *Wedekind* No. 34. Et *Chronicon* nostrum Corbejense *Msc.* eundem appellat ducem cum a. 906 in praelio mortuum esse referens.

Fasti 911: Hluthowicus rex obiit, Conradus rex.

912. Oddo comes obiit.

Cod. pag. 153, bei *Wedekind* No. 19. Nostri Corbejenses in *Chronico* nostro *Msc.* et coetaneo exprimunt annum emortualem Ottonis 912. Ex his sequitur, primum Ottonem patrem filii sui inconstantiam in amore atque ejus divortium approbasse, deinde Henricum aucupem iteratum

¹⁾ Das Datum wird hier nicht gerade als aus der Chronik genommen bezeichnet; deshalb sieht die Stelle bei den Fastis.

²⁾ S. die Fragmente der Chronik zu 903.